



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,  
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1619**

Cap. XXX. De Belgicarum Prouinciariu[m] statu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11108**

## 78 DE STATV RELIG. CHRIST.

Imp. nomine, in obsidione vrbis Florentiae anno 1530. occubuisse, soror eius unica & haeres Claudia Henrico Nassauio in manum conuenit. Renato Henrici filio anno 1544. in obsidione Landresiana extincto successit Guilielmus eius patruelis, qui turbarum postea apud Belgas auctor existit, & Delfis Batauorum anno 1584. perijt.

Guilielmi filius Philippus Guilielmus, post multorum in Hispania annorum custodiam, à Serenissimo Archiduce Alberto, Belgarum Principe, in Belgicam redactus, ut erat Religionis Catholicæ studiosissimus, eandem in Principatu Arausionensi restituit, & Bruxellis anno 1618. moriens Mauritio fratri suo & haeredi tabulis testamenti commendauit.

## CAPVT XX.

## DE BELGICARVM PROVINCIARUM statu.

**G**ermania inferior, siue Gallia Belgica prouincijs hodie XVII. continetur. Sunt in his Ducatus IV. Brabantia, Limburgi Lutzenburgi & Geldriæ: Comitatus VII. Flandriæ, Artesia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Namurci & Zutphania: Marchionatus

natus vñus sacri Imperij: Dominia V. Frisicæ  
Orientalis, Mechlinia, Vitriœcti, Transsalane,  
& Groningæ. Regiones cultissimæ ac popu-  
lofissimæ, vt in quibus numerentur Vibes  
fossis valloqué munitæ CCX. vt mini-  
mum; Pagis autem sex mille, trecenti & am-  
plius, præter vtriusque sexus Monasteria,  
Arces, villas, aliaq; ædificia illustria penè  
innumerabilia.

In Brabantia, Limburgo, Lutzenbur-  
go, magna parte Ducatus Geldriæ, Flan-  
dria, Artesia, Hannonia, Namurco, Mar-  
chionatu S. Imperij, & Mechlinia, eximiè  
floret Religio Catholica, exemplo in pri-  
mis præcuntibus optimis Principibus nostris,  
*Serenissimus Archiducibus, Alberto & Isabellæ*  
*Clara Eugenia:* quos vt Deus O. M. diu ser-  
uet, vniuersæ Ecclesiæ ac Reipubl. Chri-  
stianæ bono, venerans precor.

Reliquæ prouinciæ gemunt, prô dolor,  
sub iugo Caluinistarum, quorum alij Mol-  
les, seu Arminiani, alij Rigidæ seu Gomaristæ,  
dicuntur, & capitalia inter se odia exer-  
cent.

Præter Caluinistas, qui cæteris dominâ-  
tur, & Lutheranos, sunt insuper in pro-  
uincijs Belgicis confederatis, Anabaptistæ  
magno numero, præsertim in Frisia, & Nort-  
Hollandia, in sectas facile XX X. diuisi: de  
quibus exstat libellus Teutonicus, Colonie  
edi-

80 DE STATV RELIG. CHRIST.

editus , titulo Babylonis seu Confusionis  
Anabaptisticæ , dignus qui in Latinum  
transferatur , ad agnoscendum & detestan-  
dum tot sectas adeò dissectas .

C A P V T   X X X I .

B E L G I I   S E V   G E R M A N I A E   I N-  
ferioris Episcopatus .

O LIM in Belgica nostra nō nisi qua-  
tuor fuere Episcopatus, Cameracen-  
sis , Atrebaten sis , Tornacensis &  
Ultraiectinus. Sed petente Philippo II. Re-  
ge Catholico , Belgarumque Principe an-  
no 1559. Paulus IV. Papa tres Archiepis-  
copatus & X V. Episcopatus constituit : ut  
ex subiecta syllabo patebit .

M A C H L I N I E N S I S   A R C H I E P .  
*Mechelen.*

H u i c s u n t s u f f r a g a n e i   V I . E p i s c o p i ,

Antuerpiensis in Brabantia ad Scaldim fl.  
*Antwerpē.*

Brugensis in Flandria.      Brugge. Bruges.  
Gandensis ibidem ad Scaldim.      Gent.

Iprensis ibidem.      Iperen.

Ruremunden sis in Geldria ad Mosam.  
*Rurmundē.*

Silui-